Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

sed reformamini in nouitate sensus vestri ut probetis
que sit voluntas dei bona
et benepleacens et perfecta.
Dico enim per gratiam que data
est mihi. omnibus qui
sunt inter uos non plus
sapere quam oportet sapere. sed
sapere ad sobrietatem: et
unicuique sicut deus diui
sit mensuram fidei. Sicut
enim in uno corpore multa
membra habemus. omnia
autem membra non eundem
actum habent: ita multi u
num corpus sumus in
xpo. singuli autem alter al
terius membra sumus in xpo ihu
domino nostro. S' Lucam.
Cum factus esset ihus
annorum duodecim:
ascendentibus illis iosolimam
secundum consuetudinem diei
festi. et consumatis diebus
cum redirent. remansit
puer ihus in iesum: et non
cognouerunt parentes eius.
Existimantes autem illum
esse in comitatu: venerunt
iter diei unum: et requi
rebant eum inter cognatos
et notos. Et non in
uenientes: regressi sunt in
iesum requirentes eum.
Et factum est post triduum
inuenerunt illum in templo
sedentem in medio doctorum
audientem illos et interrogan
tem eos. Stupebant autem
omnes qui eum audiebant:
super prudencia et responsis
eius. Et videntes admi
rati sunt. Et dixit mater
eius ad illum. fili: quid
fecisti nobis sic? ecce pa
ter tuus et ego dolentes q
rebamus te. Et ait ad il
los. Quid est quod me q
rebatis. Nesciebatis quia
in his que patris mei sunt
oportet me esse? Et ipsi
non intellexerunt verbum
quod locutus est ad illos.
Et descendit cum illis et ve